# Ariſtotelis tres de anima libri per Ioannem Argyropylum e greco in latinum traducti.

Epigramma extemporarium in Ariſtotelis de aia libros.

Pythia fatidici monuere oracula phœbi
    Delphica quin etiam marmora ſculpta ferunt:
Et ſapiens Chilon Spartanæ gloria terræ
    Seipſum conetur noſcere quęq; iubet.
Hunc iuuenis teneræ uirili ſub flore iuuentæ
    Hæc lacedæmonii iuſſa capeſſe uiri
Stelliferi legem ſi non miraris olympi
    Orbiuagos currus: multimodaſq; uias.
Conſpice diſparili concretam ſemine molem
    Admirare domus carnea clauſtra tuæ.
Diſſona quur placidam ſeruet mixtura quietem
    Quur bene dædaleum ſic coaleſcat opus.
Eſt animus nobis ſupera demiſſus ab arce
    Et ſunt puluereo condita membra ſolo
Corpus adornatur uariis inſtructile ramis
    Nil quibus adiungi: diminuiq; poteſt.
Flammeus interna reſidens moderator in aula
    Spiritus: imperio temperat omne ſuo.
Vitalemq; auram rigidos inſpirat in artus
    Omnia uiuifico membra calore fouens
Eius mirificos terno ſub codice functus
    Clarus Ariſtoteles noſcere rite docet.
Iamq; æmunctus adeſt: non uerrucoſus & aſper
    Rhomuleum nitido iam ciet ore melon.
Candidus amphractus gloſſemateq; explicat omnis
    Volfgangus patriæ laus columenq; ſuæ.
Eſt liber his certe fuluo rutilantior auro:
    Quo patet humanæ machina pulchra domus.

Wolfgangus Moſnauer liberalium diſciplinarum Magiſter: venerando patrĩ
Georgio puecher/dominici gregis paſtori in wels felicitatem optat.

Egiptioꝝ theologia ꝛ caſu ꝛ fortuna hoĩuꝫ ceteroꝝũqꝫ aĩaliũ ꝓductionẽ factã e
terra dicebat: Georgi pr̃ venerãde. Nullũ q̃dẽ inter rõnalẽ aĩam ꝛ irrationalẽ
ſubam diſcrimẽ arbitrata. Sed iſtis iãdudũ exploſis ꝛ abiectis: hebreos nr̃a laudat
religio/q pulcherrime ac ſapiẽtiſſime atqꝫ iõ veriſſime de prima hoĩuꝫ ꝓductione do
cuerũt/duplici q̃dã nã ꝯſtitutũ eſſe hoĩeꝫ aſſerẽtes/cui⁹ altera pars cũ incorporea ꝛ i
mortalis ſit/verus hõ exiſtit: ad imaginẽ ꝛ ſilitudinẽ dei/ nõ fortuna ꝛ caſu ſꝫ a deo
ſũmo creat⁹. Voluit eni ſupma oĩuꝫ cã nõ carere rõnabilib⁹ terreniſqꝫ aĩalib⁹: vt nõ
ſolũ a celeſtib⁹/verũ ꝛ terrigenis maieſtas laudaret diuia. Ob id ſcriptura ſacra ita
deũ dixiſſe teſtat. Faciam⁹ hoĩeꝫ ad imaginẽ ꝛ ſilitudinẽ nr̃am: ꝛ fecit deus hoĩeꝫ/ad
imaginẽ ꝛ ſilitudinẽ ſuã fecit eũ. Et rurſus. Formauit igit de⁹ hoĩeꝫ de limo terre ꝛ
iſpirauit i faciẽ ei⁹ ſpiraculũ vite/ꝛ fact⁹ eſt hõ in aĩam viuẽtẽ. Et qꝛ hõ ad imaginẽ
dei/nõ creature alicui⁹ fact⁹ eſſe aſſerit/rectiſſimũ fuerat hoĩem ipm ad mũdi partes
fulgẽtiſſimas faciẽ viſumqꝫ erectũ hr̃e. Quod Naſo poeta p⁹ trãſformatoꝝ ope exp̃ſ
ſit inquiẽs. Pronaqꝫ cũ ſpectẽt aĩalia cetera terrã: Os hoĩ ſublime dedit: celũqꝫ vidẽ/
Juſſit: ꝛ erectos ad ſidera tollere vult⁹. Nõ ḡ abſqꝫ cã cetera q̃dẽ aĩalia nutu diuino
vel a terra vel aq̃s ꝓrupiſſe. Solũ aũt hoĩeꝫ ad imaginẽ ꝛ ſilitudinẽ dei factũ ſacra te
ſtat auctoritas. Quo fit vt ſolus oĩuꝫ q̃ ſunt in terra rõnis ꝑticeps ꝓncipari ac regẽ/le
geſqꝫ ferre/arteſqꝫ iuenire põt: q̃nq̃dẽ ſola hoĩs itellectual aĩa ac rõnalis eſt: reliq̃ v̄o
mortalia ad ſuiẽdũ hoĩ facta ſunt. Preeſt eni vniuerſis q̃ſi dñs atqꝫ dux hõ rõnis vi
ribus robuſtiora corpe domãs. Hic Naſo prudẽtiſſime cecinit de hoĩe. Sãcti⁹ his aĩal
mẽtiſqꝫ capaci⁹ alte/deerat adhuc: ꝛ q̃d dñari i cetera poſſet. Nat⁹ hõ eſt. Jdcirco pru
dẽtie/iuſticie/aliaꝝqꝫ v̄tutũ capax ẽ: ꝛ ad celeſtia ſeipꝫ erigẽs ſtellaꝝ curſuꝫ/orbiũqꝫ v̄
ſiones ita q̃rit/vt celeſtẽ ſe eſſe argu^{to} ꝓbeat. Q̃d ãt ſibi circũiacet terrenũ caducũqꝫ cor
ꝑus/op⁹ ꝛ ipm dei ẽ de terra ſumptũ ꝛ i terrã abiturũ. Quapp opꝫ ſic pecoris cuiuſ
dã/ita corpis hoĩeꝫ curã hr̃e. alereqꝫ: colere ipꝫ vt ſuũ ad h⁹ vite miſteriũ putilẽ. Dñm
v̄o iteriorẽ q̃ſi dei affinẽ ꝛ v̄bo dei queadmodũ nomiſma ſupceleſtis ĩpatoris ſigtũ/
vehemẽti⁹ amare ꝛ honorare: q̃m ꝛ a p⁹ oĩuꝫ cã honorat⁹ ẽ. Quippe cũ in hoĩe (quẽ
ꝓncipẽ atqꝫ oĩuꝫ regẽ ſcriptura appellat) maxia vis nãe appeat atqꝫ ꝯtẽplatio: adeo
ſane vt q̃ i iſta mũdi machina lõge lateqꝫ ꝯtineri videant/ea miro oĩpotẽtis artificio
in hoĩs corpuſculo ꝯcluſa ſunt atqꝫ ꝯtexta. Quo circa aĩe ipſi⁹ ꝯtẽplatio difficillima
reddit: attũ ſi q̃ſq̃ ipſi⁹ cognitionẽ ſortit⁹ fuerit/alioꝝ nã ꝯſtãtiũ facilẽ ꝯſequet cogni
tioẽꝫ: q̃d q̃dẽ ꝛ ipſe Ariſtoteles i pn⁹ h⁹ libri atteſtat. vr̃ aũt (inq̃t) ꝛ ad v̄itatẽ oẽm ip
ſi⁹ aĩe cognitio vehemẽter ꝯferre: cũ ſit aĩantiũ oĩuꝫ veluti pn^{ui}. Jõ ꝑꝑ aĩe nobilitatẽ
atqꝫ ꝓſtãtiã libros d̄ aĩa ſũmi phi Ariſtotelis (laborẽ meo iudicio nõ vulgarẽ) ad ma
nus nudiuſterti⁹ acceperã: textũ. ſ. nõ veterẽ ꝛ barbare enigmata balbuciẽtẽ/ſꝫ nouũ/
opa ꝛ iduſtria doctiſſimi viri Joãnis Argyropyli Cõſtãtinopolitani/tũ grece tũ et la
tine ligue lr̃atiſſimi e greco in rõanũ ſmonẽ traductũ: q tãti phi de aĩa ſniaꝫ nõ q̃dẽ
obſcuris ambagib⁹/ſꝫ luce clariſſima reſoluit: cui deniqꝫ ob facilliorẽ text⁹ itelligẽtiã
ꝯnes q̃ſdã/alia quoqꝫ ãnotatiõe (me iudice) nõ ꝓrſus idigna/vna cũ coꝝ ꝓbatiõib⁹
margĩe i vtroqꝫ ſpſis adiũxi. Sperãs me ꝑ hm̃õi phi explanatiões nr̃is phĩe aũnis
a p^{e} magnũ afferre iuuamẽtũ/vt. ſ. fonte v̄o magis q̃ꝫ riuulo potẽt: atqꝫ h⁹ nobilis di
ſciplie lucẽ ꝑfulgidã v̄itatꝭ nitore illuſtrẽ offendãt. Q̃d op⁹ q̃ꝫtulũcũq̃ꝫ ſũmi phi Ari
ſtotelis ita excultũ magnoqꝫ ꝑfectũ laboꝛ (vt claret) tibi oĩuꝫ ſoli electo ꝛ dilectiſſimo
(pr̃ venerãde) potiſſimũ deſtinãdũ offerẽdũ/ac oĩo i tui noĩs famã ꝛ memoriã dedi
cãdũ cẽſui: q me ab ineũte etate (ꝛ vt ita dixeri) a cunabulis ſincera pr̃naqꝫ cura foueẽ
ſti/d̄ me meiſqꝫ parẽtib⁹ optime merit⁹/nr̃amqꝫ hacten⁹ abũdãti fauore ꝛ bñuolẽtia
eos ꝓſequut⁹ familiã de qb⁹ tuis iclytis factꝭ ſatiſfacẽ vtinã tã poſſem q̃ꝫ vellẽ: me tñ
ꝑpetuo gratitudinis munere dignatiõi tue deuotũ ꝛ officioſiſſimũ habeto. Vale.

# Aristotelis de anima liber prim⁹: qui de modo cognoſcendi animã ⁊ de antiquorũ opinionibus circa animã tractat foeliciter incipit.

## Exordium.

CVm oēm ſcientiã rem eſſe bonã arbitremur ac honorabilē: & aliã alia magis ex eo talē eē putem⁹: qa uel exactior eſt: uel rerũ ē earũ q̃ magis pſtabiles magiſq̧ ſunt admirabiles: ſciam aīæ nimirũ ob hæc utraq̧ nō iniuria ponēdã ī primis eē cēſem⁹.

1ª.ꝫ. Scīa de aīa (tũ ob demōſtrādi euidētiã: tũ ob ſubiecte mē pſtantiã atq̧ nobilitatē) iter diſciplinas nāles perhibet honorabiliſſima.

¶ Videt aūt & ad ueritatē oēm ipſi⁹ aīæ cognitio uehementer conferre: & maxime ad ipſius nature ſcientiam. Eſt enim aīa quaſi principium oīum animalium.

Corᵐ vñ fit vt aīe cognitio ob nobilitatē eiuſdē ad oēz pficiat vitatē ⁊ maxīe rerũ nālium.

¶ Atq̧ pſpicere cognoſcereq̧ naturã ei⁹ & ſubſtãtiã q̃rim⁹: deinde ea quæ circa ipſam accidūt. ⁊ Quorũ q̃dã affect⁹ ipſi⁹ eē pprii. Quædã aīalib⁹ ēt p ipſam ieſſe cōpetereq̧ uident.

…dictio.

¶ Verũ eni oī ex parte atq̧ oīno difficillimũ eſt: fidē aliquē de ipã tandē accipere. ⁊ Nã cũ hæc quæſtio cōis ſit: ēt cũ aliis rebus cōplurib⁹: de ſubſtãtia dico & qd eſt: unus cuipiã fortaſſe modus: una uia quædã eſſe uidet: qua cognoſcere quidnam ſit unaquæq̧ poſſumus rerũ: quarũ ſubſtantiã percipere uolumus: & pinde atq̧ modus unus eſt hiſce: quo pprii rerũ demonſtrant affectus. Quapropter quærendũ eſt: quænã ſit illa uia: qs ille modus un⁹, quo rerũ ſubſtãtiæ pcipi pñt.

2ª.ꝫ. Et ſi aīe ſciaz demōſtrādi certitudinē hīc dixerim⁹ illaz tñ de aīa tradē certitudiez difficillimũ ē

…dubita

¶ Quod ſi nō un⁹ q̃dã atq̧ cōis ſit ille mod⁹. Lōge difficilior ipſa ptractatio fit. Oportebit. n. de unaq̃q̧ rerũ accipe: qs ad unãquãq̧ mod⁹ accomodabit. ⁊ Si uero pateat illũ demonſtrationē uel diuiſionē uel ēt quēdã aliũ modũ eē. Cōpluresī ſup difficultates erroreſq̧ emergũt: ī iis exqrēdis e qb⁹ uniuſcuiuſq̧ cōficiēda ē diffinitio. Aliarũ nãq̧ rerũ alia pricipia ſũt:

…dubita

ut numerorum ſuperficierumq;.

¶ Primũ aũt fortaſſe neceſſariũ eſt diuidere atq; accipere: i quonã generꝫ collocet quidq; ſit aïa. Vtrũ ſit ſubſtãtia an in q̃litate uel in quãtitate uel in alio quodã p̃dicamẽtorꝫ genere collocet. Deĩde pueſtigãdũ eſt: utrũ eorꝫ ſubeat rõnẽ: quæ potẽtia ſunt: an poti⁹ qdã ſit act⁹. Nõ.n. parũ itereſſe uidet.

¶ Cõſiderãdũ eſt p̃terea: ſiptibilis ſit nec ne. Et utrũ eiuſdẽ ſit aïa ſpẽi oïs: utrũ ſpecie tm̃ an ẽt generẽ differat. Nũc.n. ii q dicũt atq; q̃runt de aïa: de hũana tm̃ q̃rere pſcrutariq; uident.

¶ At cauẽdũ eſt ne nos prætereat: utrũ una ſit eius ratio ut animalis an uniuſcuiuſq; ſit alia ratio: ut æqui: canis: hominis: dei. Animal autem uniuerſale aut nihil eſt: aut poſterius eſt: & quícquid itidem aliud cõmuniter prædicatur. 3. dubitatio

¶ Præterea ſi nõ plures ſint animæ: ſed partes: utrũ animã totã: an partes quærere prius oporteat. Difficile autẽ eſt id quoq; determinare: quæ nã inquã ptes a qbus diuerſæ ſint. 4. dubitatio.

¶ Et utrũ ipſas partes an ipſarũ partium opationes prius quærere pſcrutariq; oporteat ceu itelligere an intellectiuũ: & ſentire an ſenſitiuum: & eodẽ modo de cæteris. Quod ſi operationes ſint exquirendæ prius: rurſus profecto quiſpiam dubitabit: ſe oppoſita prius ſint inquirenda ut ſenſibile prius q̃ ſenſitiuum & intelligibile q̃ intellectiuum.

¶ Nõ ſolũ aũt ipſius qd eſt cognitio cõferre uidet ad pſpiciendas eorꝫ cauſas accidentiũ: quæ per ſe ſubſtãtiis: ut in mathematicis cõfert. Quid eſt rectũ & quid curuũ uel qd linea qd ſupficies ad cognoſcendũ qd rectis anguli trianguli ſunt æquales. Nam ipſum qd eſt: oïs eſt principiũ demonſtrationis: ſed ecõuerſo etiã accidentia magnã afferunt opem ad illud pcipiendũ. Nam cum per imaginationẽ de accidẽtibus aut oïbus aut pluribus reddere poſſumus: tum aliqd etiã de ſubſtãtia dicere poterim⁹ optime. ¶ Quare patet eas oïs diffinitiões diſſerẽdi mõ uaneq; dictas & aſſignatas eẽ: qb⁹ nõ fit: ut accidẽtia pcipiant: aut de ipis cõiectura facilis habeat.

Corr^m^ vñ ſit vt diffinitiões q̃ accñia nõ cõplectũt neq; facilẽ ð ipſis pbẽt ꝯiecturã: dialectice ꝛ vane ſũt oẽs: huicopi minime accomodãde.

¶ Eſt etiã de affectib⁹ animæ dubitatio: utrũ oẽs cõmunes ſint cum eo quod habet aïam an ſit & ipſius animæ ꝓprius aliqs: hoc enim ipſum accipere quidẽ: neceſſariũ eſt nõ tñ accipi facile põt. Atq; plurimi ſunt. Quorꝫ ſine corpore nullũ 5. dubitatio.

aut agere: aut pati uidet: ut iraſci. Cōſidere: cupere: oino ſen
tire: maxime autem ipſum intelligere proprio ſimile eſt.
Quod ſi hoc etiam imaginatio ſit quædā aut ſine imagina-
tione non ſit: nec iſtud eſſe ſine corpore poteſt.

¶ Si igit operationū aīæ uel affectuū aliqs ꝓprius ſit ipſi⁹: fieri pōt ut ipſa aīa ſeparet. Sin uero nullus ſit ei⁹ ꝓprius: nō ſeparabilis eſt. ⁋ Sed eſt de ipſa pinde atq; de recto: cui multa quidem ut rectum eſt competunt: ueluti puncto pilam æneam tāgere: non tamen ipſum unquam ſeparatū tanget. Eſt enim īſeparabile quippe. Cū ſemp aliquo cū corpore ſit.

Cautela

Re⁹.

Dubitatio

¶ Vident aūt & oēs affectus aīæ cū corpore eſſe: ira māſuetudo: timor: miſericordia. Cōfidētia: gaudiū. odiū deniq; atq; amor. Nā una cū his ipſum corpus aliqd patit. Quod qdē ita eſſe ex eo patet. Interdū eni nō iraſcunt neq; timent: etiā ſi ſe uehemētes ipſis manifeſtæue cauſæ offerāt. Interdum a paruis qbuſdā mouent atq; exiguis: ſi feruet cōcitaturq; corpus & pinde ſe hēt atq; cū afficit ira. Hoc magis ex eo patet: qa nōnulli nulla re pœnit⁹ accīte: q̄ qdē poſſit terrere: nullo q̄ iminēte piculo: ut ii q metuūt pturbāt ac afficiūt timore.

Dubitatio.

¶ Quæ ſi ita ſint: patet affect⁹ rōnes eſſe materiales. ⁋ Quare & diffinitiones ipſorum ſunt tales: iraſci nāq; motus quidam talis eſt corporis aut partis: aut potentiæ: ab hoc huius grā. Idcirco naturalis eſt de aīa uel omni uel tali cōſiderare.

Correlariū vnū ſit (cū aīa pleraſq; opatões vt nō dictū ē corpi cōmunicatas hēat) ipſius phyſica ſit determinatio.

¶ Diuerſo aūt modo naturalis & differēdi artifex unūqdq; ipſorū diffiniet: nā alter irā appetitionē eſſe dicet doloris uiciſſim aduerſario inferēdi: aut aliqd tale alter ſanguinis aut caloris eius qui circa cor eſt feruorē ebullitionēue: atq; alter materiē: alter formā hoc pacto reddit & rōnē. Hæc enim eſt ratio rei quā neceſſe eſt ſi fuerit in tali materia eſſe. ⁋ Sic eni & domus aſſignari diffinitio ſolet: nā quidā talē eius rōnem aſſignat eſſe: dicēs tegmētū qd quidē ꝓhibere propulſareq; pōt icomoditates eas: quæ tum a uētis: tū abibribus: tū etiā ab æſtu fieri euenireq; ſolēt. Quidā dicit lapides eſſe lateres atq; ligna: at alius formam in hiſce ponit hoꝝ dicendo grā. ⁋ Quis igit iſtoꝝ eſt nālis. Is ne q materiā aſſignat & rōnē ignorat: an is qui ſolā rōnem reddit & materiā ipſam amittit: an is poti⁹ qui utrāq; cōplectit. ⁋ At illoꝝ uterq; qs eſt.

Differentia dicentis phyſici & dialectici diffinientis.

Correlariū ſit ēt vt i diffiniēdis aīe paſſionib⁹ phyſicus mām adiūgē debeat vt clā et in diffiniēda ira.

Tres diffinitiōnū modi.

Dubitatio.

Queſtio

Re⁹.

¶ At enim cõſtat neminem eſſe: qui circa materiæ uerſetur affectus nõ ſeparabiles: & ut non ſeparabiles ſunt præter ipſum philoſophum naturalẽ. Etenim naturalis circa omnia ea uerſat: quæ talis corporis taliſq; materiei ſunt opationes atq; affect⁹. ¶ Circa ãt ea quæ talia nõ ſunt nõ naturalis: ſed alius ſolet uerſari. Atq; de nõnullis quidem conſiderat: ſi forte fuerit artifex faber inquã: uel medicus. De his aũt quæ ſeparabilia quidẽ nõ ſunt: attamen nõ ut affectus corporis talis: ſed abſtractione ſumunt: mathematicus. At ea quæ ſunt ſeparata. & ut talia ſunt: ipſe primus philoſophus cõtẽplat.

Diffiniẽdi modũ i alijs ſciẽtijs oñdit.

¶ Sed eo redeundũ eſt: unde nr̃a defluxit orõ. Dicebamus autem affectus animæ eſſe inſeparabiles ab animalium naturali materia ut tales ſunt: & nõ ut ſeparetur linea ſuperficieſq;: ſic iram & metum a ſubiecta ſibi materia ſeparari.

Digreſſione facta redit ad propoſitum.

¶ Capitulum primum.

VErũ eniuero neceſſe eſt cõſiderantes de aĩa: & de his dubitãtes ac ambigẽtes q̃ nos oportet pcedẽtes iuenire atq; pcipere i mediũ eoꝶ antiquoꝶ afferamus opĩones: q de aĩa tractarũt aliqd atq; dixerũt: ut ea qdẽ accipiam⁹ quæ bñ ſunt dicta: ab his aũt caueam⁹ q̃ nõ bñ recteq; dicta fuere. Initiũ ãt inqſitiõis hoc erit pfecto cõgruũ: ſi prius poſuerim⁹ ea q̃ maxĩe uident aĩæ cõpetere ſuapte natura. ¶ Aiantiũ itaq; duobus his ab inaĩato maxĩe deferre uident motu ac ſenſu. A maiorib⁹ ẽt nr̃is hi duo fere d aĩa accipim⁹.

Q. vt determinationis pn[m] de ipſa aĩa ab antiquoꝶ opĩonib⁹ faciam⁹. ꝯſentaneũ ẽẽ vĩ vt. ſ. que ab ipſis bñ dicta ſũt pcipiemus. nobiſq; erũt adiumẽto: que vo male reijciem⁹.

¶ Inquiũt. n. nõnulli aĩam id eſſe: qd̃ maxime primoq; mouet. Atq; exiſtimãtes fieri nõ poſſe ut id aliud qcq̃ moueat qd̃ nõ moueat: aĩam unũ: qd eoꝶ ẽẽ putarũt quæ motu ciẽtur. ¶ Quocirca Democritus ignẽ atq; calorẽ ipſam cenſuit eſſe: nã cũ ſint ĩfinitæ figuræ ac indiuidua corpora rotũda dicit ignẽ & aĩam eſſe. Hæc indiuidua corpora ſi'ia corpuſculis iis eſſe q̃ in aere fieri uident: in ipſis inquã radiis quæ p feneſtrã ingrediunt: & rerũ ælemẽta generãdarũ ſeminaq; totius ẽẽ naturæ dixit. Eadẽ & leucippus ille cẽſebat. Hoꝶ igitur corpoꝶ & ea quæ ſunt rotũda ignẽ ac aĩam aſſerũt eſſe: ppea qd̃ maxime oĩum figure tales totũ corpus ingredi penetrareq; poſſunt: atq; cætera mouere cũ moueant & ipſa. Arbitramur enim aĩam id eſſe quod motũ aĩalibus præbet.

Oẽs antiq̃ ꝓ motũ & ſenſũ aĩaꝫ & ceteris maxime ſecreuiſſe nemo ambigit.

Opĩo Democriti & Leucippi exiſtimãtiũ aĩaꝫ ẽẽ ignẽ & calorẽ quẽdã ex ſpericis atomis ꝯflatũ: q maxĩe mouẽ & penetrare ſeip̃as & alia poſſint. & aĩam aĩalibus motuꝫ pſtare & vitã & eam reſpirationẽ ẽẽ diffiniebãt.

¶ Quapropter & reſpirationẽ uiuẽdi rõnẽq; atq; cauſam eſſe putãt. Nã eo qđ cõtinet cõtrahẽte corpora cõprimẽteq; ue ac extrudẽte figuras eas q̃ pbent aĩalib⁹ motũ: q̃a nec ipæ unq̃ qeſcũt ſuccurſum auxiliũq; reſpiratione fieri dicũt igredientib⁹ aliis figuris ſiĩbus: quæ qdẽ ægredi phibent ipſas quæ aĩalibus inſunt: id repellendo qđ cõtrahit atq; præmit: & eouſq; uiuere animalia quouſq; id facere poſſunt.

¶ Videt̃ ãt & id qđ a nõnullis pythagoricis dr̃ eãdẽ hr̃e ſententiã. Quidã eni ipſoꝝ ea corpuſcula quæ agitant̃ in aere: qdã id qđ illa mouet ac agitat aĩam eẽ dixerũt: ppea q; cõtinue moueri uident̃: et ſi nullus uent⁹ penit⁹ afflet. Eodẽ ferunt̃ & ii q dicũt aĩam id eẽ qđ ſeipſum agitat motu. ⁋ Eteni oẽs ii motum uident̃ putaſſe maxime ꝓprĩũ eſſe aĩæ: & alia quidem uniuerſa per aĩam: hanc aũt a ſeipſa moueri: quia nihil uidebant mouere quod non moueatur & ipſum.

¶ Siĩr & Anaxagoras id qđ mouet aĩam eẽ dicit. Et ſi quis alius cenſuit uniuerſum mentẽ mouiſſe: nõ tñ perinde penitus atq; Democritus: is enim animã & intellectum ſimpliciter idem eſſe putauit: etenim id qđ uidet̃ uerũ eſſe dicebat. Quocirca recte dixiſſe inquit homerũ hectora iacere alia ſapientẽ. Nõ igitur ut potentia quadã circa ueritatẽ utit̃ mẽte ac intellectu: ſed idem eſſe animam dicit & intellectum.

¶ Anaxagoras aũt min⁹ de ipſis explanat. Multis eñi in locis boni recti q; mentẽ cãm eſſe dicit. Alibi autẽ aĩa ĩ ipſam mente eſſe aſſerit: nã aĩalib⁹ uniuerſis tam paruis q̃ magnis: tam pſtabilib⁹ q̃ minus etiã pſtabilib⁹ mẽtẽ ĩeſſe dicit. At ea mens tñ & intellectus cui prudẽtia tribuit̃ nõ uniuerſis ſiĩr aĩalibus: quin etiam neq; cunctis hominibus ineſſe uidetur.

¶ Omnes igit̃ ii qui ad aĩantis reſpexere motum maxime motiuũ aĩam eſſe putarunt. At qui cognitionẽ aĩaduerterũt ipſius ac ſenſum quibus res cognoſcit & ſentit ii dicunt aĩam ipſam principia reꝝ eſſe. At qui plura principia faciũt: hæc ipſa: qui uero unũ idipſum aĩam eſſe cenſent. ⁋ Empedocles enim ex ælementis quidẽ uniuerſis ipſam cõſtare cenſet: tñ & unũquodq; illoꝝ aĩam eſſe putat. Dicit enim. Terram nã terra lipha cognoſcimus aquã. Aetheraq; æthera ſane ignis dignoſcit igne. Sic & amore amor ac triſti diſcordia lite.

...abile

Opio quoundam Pythagoricoꝝ pene idẽ ſentientiũ: hoc tñ intereſt q̃ nõ aĩam atomos ꝫ vtute atomoꝝ motiuã eẽ dixerũt: q; q̃tanq̃ ſit tranq̃llitas atomi ſẽꝑ tñ agitant̃ pellu... videntur.

Opio Anaxagoræ aĩam eẽ fontẽ & initium mot⁹ pñtãtis & aĩam & intellectũ idẽ eẽ nõ tñ omnino mẽtẽ & ſenſus cõfundebat in idẽ quemadmodũ Democrit⁹ q̃ ꝓut de q̃ue ſenſu appa rebãt vera eẽ oĩa dicebat auctore vtẽs Homero.

Opio Empe. aĩam ex q̃tuor elemẽtis & ſte & amicitia cõſtare eẽ volẽns et q̃b⁹ oĩa cõſtet. Nã aĩa oĩa cognoſcere: & ſiĩle ut ea ſua cognoſcere ſiĩlia.

Opio Thimei volē tis aiaꝫ ex elemtis eē ɔſtatã vt ſiſe ſil'i cog ſcat: auctore Platōe i thimeo: ⁊ i his q̄ d̄ phia dixerit: ex vni⁹ idea lōgitudinē pro direc: ⁊ latitudineꝫ ⁊ ꝓfunditatē ſuo mō Et vnius ideā itellectū ꝑbere ꝑmā dualitatē ꝑbē ſciaꝫ. opionē naſci a ꝑ⁹ t̄nitate. ſenſum a ꝑ⁹ q̄ternario oriri ⁊ cū intellectu ſuā opionem ⁊ ſēſu cog̃ſcam⁹ ex horū nūis cōſtat aiam.

Opio Xenocratis. vtrūqꝫ ⁊ motū ⁊ ſenſum ɔnectēnis. Jnq̄t enī eā eē numerū ſeipꝫ mouētē. Nūꝫ q̄deꝫ quo faciat eā ex oīuꝫ ꝑncipijs ɔſtare ⁊ vt oīa cog̃ſcat. mouētē addit q2 eā ꝑn^m ⁊ originē motus credit. creditqꝫ numeros reꝝ ꝑn^a eſſe.

Eodē & plato modo aīam in thimeo ex ælemētis cōſtare cenſet. Simili nãq; eius quoq; ſnīa cognoſcitur ſimile: & res ipſæ ex principiis ſunt. Sil'r determinatū eſt ab eodem & in hiſce quæ de philoſophia dicuntur. Animal quidem ipſum ex ipſius unius idea formaue: & ex longitudine prima & latitudine ꝓfunditateue conſtare. Cætera uero ſimili modo.

Inſup & alio pacto: intellectū q̄dem eſſe unū ipſum. Ipſa uero duo ſcientiã. Eſt enim ipſa tm̄ ad unū ꝓceſſio. Superficiei præterea numerū. Opionē ſolidi ſenſum: nã numeri q̄dem formæ ipſæ & principia dicebant. Sūt aūt ex ælemētis. Res uero ꝑtim ītellectu ꝑtim ſcīa ꝑtim opione: ꝑtim ſenſu diiudicantur ac diſcernunt. Atq; hi numeri formæ ſunt rerum.

Cum aūt aīa motiuū & cognitiuū ſit quidam utrūq; cōplexi ſunt atq; aīam numerū eſſe ſeipſum mouentē aſſeruerunt. Omnes tū̄ de principiis quæ & quotſeſe ſunt: iterdiſſentire uident: atq; maxime q̄dē ii qui corporea putant eſſe: ab hiſce diſſentiūt qui incorporea ponūt. Minus aūt ab iis qui cōpoſuerunt: & ex utriſq; principia rerum aſſignauerunt. Diſſentiunt etiam & de multitudine eorundem. Quidam enim unum quidam plura principia dicunt eſſe.

Plato numeros vocat reꝝ ſpecies ꝑn^a ⁊ elementa.

Atq; ut de principiis ſenſerunt: ſic de aīa etiã determinauerunt. Nō enim abeſt a rōne: in primoꝝ natura mouēdi cauſam collocare. Quapropter ignis q̄buſdã eſſe uidet. Is enī ſubtiliſſimarū eſt partiū: & longe magis q̄ ælemēta cætera in corporibus. Mouetur inſup: & cætera primo mouet.

Democrit⁹ aūt & ſubtilius dixit: cū aſſignauerit cur ē iſtorū utrūq;. Dixit. n. aīaꝫ q̄dē mētēq; idē eē: hoc ãt ex ꝑis ꝑmis atq; idiuiſibilib⁹ corpib⁹ eē. Atq; ob ꝑtiū q̄dē ſubtilitatē mouet: ob figurã uero moueri. Figuraꝝ aūt oīum mobiliſſimã figurã rotūdã Anaxagoras aſſerit taleq; eē itellectū & ignē.

At Anaxagoras uidet q̄dē aliud aīam: aliud ītellectū mētemue dicere: quēadmodū & antea diximus. Vtit tū̄ utriſq; pinde atq; una natura: uerū mētē principiū maxime oīum ponit. Solã itaq; rerū oīum ipſam ſimplicē & nō mixtam & purã eē ſincerãq; dixit: atq; eidē pricipio hæc utraq; tribuit: cognitionē inquã & motū dicens uniuerſum mentem eſſe.

Tales etiã uidet ex hiſce quæ tradita memoriæ ſunt mo-

tiuũ quoddã aĩam ipſam eſſe putaſſe; ſiquidẽ dixit magnetũ hr̃e aĩam: quia mouet trahitq; ferrũ. ¶ Diogenes aũt ſicut & alii quidã aerẽ ipſam cenſuit eſſe: hũc ſubtiliſſimæ ſubſtãtiæ rerũq; principiũ eſſe putans. Idcirco cognoſcere atq; moue re aĩam dixit: hoc qdem cognoſcere: quo primũ eſt: & ex hoc ipſo cætera cõſtãt: hoc aũt eſſe motiuũ: quo ſubtiliſſimũ eſt. ¶ Heraclitus quoq; principiũ ait aĩam eſſe. Quippe cũ exala tationẽ eſſe: ex qua cætera dicit cõſtare: & maxĩe incorporeũ eſſe & ſemp fluere dicat. atq; id quod mouet̃ ab eo quo mo tu cietur cognoſci cõſtat. Moueri ãt res uniuerſas & ipſæ & alii cõplures arbitrabant̃. ¶ Simili mõ: & Almeon de aĩa pu taſſe uidet̃. Dicit enim ipſam ĩmortalẽ eſſe ex eo: quia ſil'is ip ſis ĩmortalib⁹ eſt. Quod quidẽ ideo dixit ipſi cõpetere: quia ſemp mouet̃. Mouent̃ enim & res oẽs diuinæ cõtinue ſemp luna inquã: ſol: ſtellæ: totũq; cælũ. ¶ Quidã & magis ĩportu ni aĩam aquã eſſe dixerũt: ut Hippo. qui qdem ad hãc ſniam ratione ſeminis uidet̃ eſſe cõpulſus: qa oĩum ſemen humidũ eſt: etenim redarguit eos qui ſanguinẽ aĩam aſſerunt quia ſe men ſanguis non eſt. ¶ Sunt & qui ſanguinẽ ipſam eſſe dixe runt: ut Crytias. Sentire ipſum maxime ꝓpriũ animæ eſſe putantes: qđ qdem cõpetere pp naturam ſanguinis credide runt. ¶ Ita omnia ælementa præter terram iudicem habue runt. ¶ Hanc autem nemo tribuit animæ niſi quiſpiam dixe rit ex omnibus ælementis conſtare aut omnia eſſe.

℃ Vt igitur in ſummã oĩa redigamus: tribus his oẽs aĩam: motu: ſenſu: incorporeoq; diffiniunt: quoꝝ unũquodq; re ducitur a principia rerũ: ut patuit. Quapropter & ii qui co gnitione diffiniũt aĩam: aut ælementũ: aut ex ælemẽtis faci unt ipſam: ſil'r oẽs præter unũ dicẽtes. Inquiunt enim ſimi le ſimili ſibi cognoſci. Atq; cũ uniuerſa cognoſcat ac pcipiat anima: ex uniuerſis rerum principiis ipſam cõſtare dicunt.

℃ Quibus igit̃ placuit unam cãm ælementũq; unũ ponere rerum: ii aĩam etiã unũ uelut ignẽ: aut aerem eſſe ponunt. Qui uero plura rebus principia tribuunt: ii plura quoq; di cunt aĩam eſſe. Solus aũt Anaxagoras mentẽ paſſione uaca re dicit: & nihil prorſus cũ cæteris habere cõmune. Verum cum talis ſit. Quonã pacto cognoſcet: & quam ob cauſam.

Opĩo Thaletis Mi leſij dicẽtis aĩaʒ eſſe vim motiuã. hic her culeũ lapidem .i. ma gnetẽ aĩatã rem dice bat q₂ ferrũ trahẽ ⁊ cogere videretur.

Opĩo Diogẽis aĩaʒ ẽẽ aerẽ volẽtis opinã tisq; cũ oĩuʒ eẽe ſub tiliſſimũ ⁊ reꝝ orige nẽ ⁊ principium.

Opĩo Heracliti: q oĩa ex vapoꝛe calido calidoq; halatu gi gnebat: quem nihil aliud eẽe quã igneʒ volebat oĩum ſubti liſſimũ ⁊ pene incoꝛ poꝛeum ⁊ ſemp fluẽ tẽ hic aĩam dixit eẽe vapoꝛem.

Opĩo Alemconis. aĩam ẽẽ imoꝛtaleʒ ⁊ ſemp moueri: ⁊ q̃ʒ ſi millimã eẽe ſoli lu ne ⁊ celo (que ſempi terno agitatu ferun tur) volentis.

Opĩo Hipponis. i gt eni Hippon aĩaʒ eẽe aquã: q₂ oĩum ſe mẽ humidum ſit.

Opĩo Crytie. aĩam ſanguinẽ eẽe ſentiẽ tis. hoc iõ q₂ ſentire proprium eẽe aĩe iu dicabat: ⁊ nos ſan guinis bñficio ſenti re. Et q̃ exãguia ſint ſanguineq; priuent̃ vt oſſa vt dentes vt vngues nõ ſentiãt. Coꝛr^m oẽs phi ex tri bus: aĩe diffinitiõeʒ q̃rũt: motu ſenſu ⁊ i corpoꝛeo aut ſubti liſſimo. ⁊ ſic ſiĩi cog ſci ꝯſentiũt oẽs: vno Anaxagora excepto q intellect ⁊ aliaꝝ re rũ nullũ poſuit eẽe ſilitudinis cõmerciũ

Necꝫ ille dixit: necꝫ ex dictis perſpici poteſt.

❡ At uero qui cõtrarietates in principiis faciunt: ii conficiunt aīam etiā ex contrariis. Qui uero tm̄ alterū ponunt contrarioꝝ: calidum inquā aut frigidum aut aliquid aliud huiuſcemodi: ii ſil'r & aīam unum iſtorum aſſerunt eſſe. Quapropter & nomina ipſa ſequunť. Nam ii qui calidū eſſe dicunt: inde inquiunt ipſum uiuere ductum nominatūꝗ fuiſſe. Et ii rurſus qui frigidū eſſe cenſent: aīam inde nūcupatā ob reſpirationem & refrigerationē aſſerunt eſſe. Hæc igitur ſunt quæ de anima tradita ſunt a maioribus noſtris: & hæc ſunt cauſæ ob quas illi talia de ipſa dixerunt.

## ❡ Capitulum ſecundum.

1.ꝯ. Aiam ignē eſſe: ꝛ ſe ipā3 mouere (vt vult democrit⁹) impoſſibile eſt.

COnſiderādū eſt aūt primū de motu. Nā fortaſſe non ſolū falſum eſt ſubſtātiā aīæ talē eſſe qualē ii dicūt: qui aīam id aſſerūt eſſe qđ ſeipm̄ mouet aut moueť pōt: ſed etiā unum id eſſe quoddam uidetur coꝝ que nequeunt eſſe: motū inquā ipſi ieſſe atꝗ cōpetere. ¶ Nō neceſſariū igiť eē: id omne moueri qđ mouet: olim iam diximus & ꝓbauimus. 1a. ꝓbatio

Bifariā dr̄ aliquid moueri aut p ſe: aut per alterum.

❡ Cū aūt oē qđ motu cieť dupl'r moueať: aut. n. per aliud aut p ſe moueť: p aliud aūt id oē moueri dicim⁹: qđ eſt in eo qđ motu cieť ut nauigātes: hi nāꝗ nō p inde atꝗ nauis mouenť: hæc enī p ſe moueť: illi motu cienť: quia ſunt in eo qđ motu cieť quod quidē ita eſſe patet in partib⁹: motus enim proprius pedū eſt ambulatio qua mouenť & hoīes: tūc autē hiſce motus non ineſt: ut patet in nauigantibus. diſtinctio

❡ Cum igiť id qđ moueť: ut diximus. Bifariā dicať moueri. Conſideremus nunc oportet de aīa: ſi per ſe moueať motuſꝗ particeps ſit. ¶ Cū igitur quatuor ſit motus. Latio. Alteratio. Accretio: atꝗ Decretio: aut iſtoꝝ uno: aut pluribus aut oībus. ut patet mouebiť. Quod ſi nō p accidēs moueať: natura ſane mot⁹ in erit ipſi. At ſi hoc ſit: locus etiā eidē idētidem cōpetet. Omnes enim iam dicti motus in loco ſunt. 2a. ꝓbatio

❡ Quod ſi ſubſtātiæ ſit aīæ ſeipam motu ciere: nō p accidēs inerit ipſi motui ut ineſt albedini aut tricubito. Mouenť enī & ipſa: uerum per accidens: quippe cum corpus id mouea-

tur cui res tales inſunt. Quapropter & locus nullus ipſorum eſt. At erit aiæ ſine cõtrouerſia loc⁹: ſi natura mot⁹ pticeps ẽ.

pbatio ℂ Præterea ſi natura motu cietur: ui quoq; moueri poteſt: & ſi mouetur: & natura moueri poteſt. Eodẽ modo de quiete quoq; dicere poſſumus: in hoc enim natura res quieſcere ſolet: in quod ſuapte natura mouetur. In hoc pari modo ui plane qeſcit: in quod ui pulſa mouetur. At qui motus erunt animæ uiolenti quieteſue. Neq; ſi fingere uolumus: aſſignare facile poſſumus.

pbatio ¶ At uero ſi ſurſum mouebitur: ignis: ſi deorſum terra hiſce nãq; corporibus hi motus competunt: eadem eſt & de mediis corporibus ratio.

pbatio ℂ Præterea cũ uideat aĩa corpus mouere: rõni cõſentaneũ eſt iis motib⁹ ipſum mouere qbus & ipſa mouet. Quod ſi id ſit cõuertẽdo uere quoq; dicere poſſum⁹: eo ipſam motu cieri quo mouet & corpus: at latiõe corpus mouet. Quare mutabit & aĩa pinde atq; corp⁹: & aut tota aut ptib⁹ locũ mutabit: qd ſi id fieri põt: fieri quoq; põt ut egreſſa rurſus corpus igrediat. Ex quo fiet ut aĩaliũ ea quæ mortẽ obierũt reſurgãt.

pbatio ℂ At enĩ motũ p accidẽs ab alia quoq; mouebit. Aĩal enĩ ui pelli põt nõ ãt oportet cui⁹ in ſubſtãtia ĩeſt a ſeipſo moueri. id ab alio motu cieri: niſi p accidẽs queadmodũ neq; qd p ſe uel pp ſe bonũ eſt id per aliud oportet aut grã cuiuſpiã eſſe.

ℂ Animã autem ſi mouetur a ſenſibilibus maxime quiſpiã

pbatio dicet moueri. ¶ At uero ſi mouet ſe ipſa anima: & ipſa quoq; mouetur. Quare cum omnis motus exitus atq; remotio ſit eius quod motu cietur: ea rõne qua motũ ſubiit anima nimirum ex ſubſtantia dimouetur & exit: niſi ſeipſam per accidẽs moueat: at motus ut inquiunt ſubſtantiæ eſt ipſius per ſe.

ℂ Quidã aũt aſſerũt aĩam id corpus in quo eſt eodẽ manere mõ quo & ipſa mouet, ut Demo. qui qdẽ pinde atq; philipus comicus dicit ille nãq; dedalũ ait ligneã uenerẽ cõfeciſſe quæ motu mouebat argẽti uiui: qd in illã infundi & Demo. pari mõ pilas indiuiſibiles ſecũ trahere corpus utrũ atq; mouere dicit ex eo qa nunq̃ ipſæ qeſcũt ſuapte natura deſinũtq; moueri. ¶ Nos autẽ ipſum ĩterrogabimus: ſi quietẽ etiam id pſum faciat nunq̃. Ad quonã pacto qteem faciet: difficile eſt dictu uel potius dici nõ poteſt. ¶ Oĩno aũt aĩa nõ ſic mouere

Opio democriti aſſerens ſperiles athomos ſp agitare corp⁹: q nuſq̃ natẽ ſint manere. per ſilẽ dicit philippo Comediarũ ſcriptori. Dedalũ oliz ligneolã fenerẽ feciſſe. que (ĩ uiui argẽto iſuſo) ſe motaret.

uidetᷣ aial ut inquunt ipſi: ſed electione quadã intellectioneue.

Opio Platonis in Thimeo ppinq̃ Democrito aſſerebat: animam. ſ. ſeipſam agitãdo ſil' mouere corp⁹: q̄ corpi ſit adiecta, alligataq; . nõ vulgaris pfecto Platonis extitit imaginatio vt; in lr̃a.

¶ Eodẽ aũt mõ timẽs ẽt aiam corpus mouere dicit. Moue re enim ipſam ex eo cenſet atq; aſſerit corpus: qa mouetᷣ pro pterea qđ ad ipſum cõnexa eſt: opifex enim dicit ex ælemen tis ipſam iam conſtitutã: numeriſq; diſtinctã ſonoris: ut inſi tum ſonoritatis atq; cõcentus habeat ſenſum: & uniuerſum feratᷣ cõſonis lationib⁹ rectitudinẽ coegit atq; flexit in circu lum. Et cũ unũ in duos diuiſiſſet circulos duobus in punctis cõiunctos: rurſus: unũ in ſeptẽ orbes diuiſit: qm̃ lationes ip ſius cæli motiones ſunt animæ quibus ipſa mouetur.

2ª. ↄ̃. Intellect⁹ magnitudo, circularis mota, corpori cõnexa (vt vult Plato in Thimeo) eẽ nõ põt.

¶ Primũ igitᷣ nõ recte dicitᷣ aiam magnitudinẽ eẽ. ¶ Nam aiam uniuerſi talẽ ipſe uult eſſe: qualis eſt ea quæ mens & in tellect⁹ uocatᷣ. Nõ q̃lis eſt ſenſitiua: nec q̃lis eſt ea q̃ eſt prin cipiũ cupiendi: qppe cũ harũ mot⁹ nõ ſit ut patet cõuerſio. — Platonis dedicatio.

¶ Intellectus autẽ unus eſt & cõtinuus pinde ac ĩtellectio. Intellectio uero eſt ipſius ĩtellectus cõceptio. Sed hi nimirũ unũ hoc ſunt: qđ alius deinceps poſt aliũ eſt: uti numerus: ſed nõ uti magnitudo. Quocirca nec ĩtellectus hoc pacto cõ tinuus eſt: ſed aut partib⁹ pœnit⁹ uacat aut nõ eſt ut magni tudo cõtinuus. ¶ Atq; ſi magnitudo ſit quonam pacto quã cunq; ſuarum intelliget partiũ: ſiue illæ ſint magnitudines: ſiue etiã puncta ſi hæc quoq; ptes appellare oporteat. Nam ſi puncto puncta uero ſunt ĩfinita: nunq̃ ptrãſibit ut patet: in magnitudine ſæpi⁹ uel ĩfinites idẽ ĩtelliget. At uidetᷣ & ſe mel ĩtelligere poſſe. ¶ Q đ ſi ſat ẽ quãuis ptiũ tãgere. Quid oportet aut orbe uerſari aut oĩno magnitudinẽ ipſum hr̃e. — 1ª. pbatio pᵉ partis. — 2ª. pbatio pᵉ partis. — Cauillam remouet

¶ Quod ſi neceſſe eſt ip̄m ĩtelligere toto tangentẽ circulo: quis eſt ipſarũ partiũ tactus. ¶ Præterea quonam pacto uel impartibili partibile uel impartibile partibili ipſe ĩtelliget. — 3ª. pbatio pᵉ partis.

¶ Neceſſe eſt ãt ĩtellectum eſſe circulũ hunc. Intellctus nãq; motus ĩtellectio eſt. Circuli uero cõuerſio. Si igitᷣ ĩtellectio cõuerſio eſt: & circulus is ĩtellectus erit pfecto cuius talis cõ uerſio intellectio eſt. Quid pterea ſemp intelliget. Oportet enim ip̄m aliqd ĩtelligere ſemp qppe cũ cõuerſio ſit phennis atq; ppetua: nã cõſtat ĩtellectionum rerum earꝫ quæ cadunt ſub actionẽ terminos eſſe ac fines. oẽs. n. alicui⁹ ſunt grã: cõ templatiue quoq; rõnibus idẽtidẽ aiantur. Et rõnũ aliã diffi — 1ª. pbatio 2ᵉ partis.

nitionē aliā demōſtrationē eē patet: demōſtrationes aūt & ex principio ſunt & finē hñt quodāmō rōcinationē. aut cōcluſionē. Quod ſi nō terminant̄: at ſaltē nō ad principiū redeunt. Sed mediū extremūq; ſemꝑ ſumētes recta ꝓficiſcunt̄ At cōuerſio rurſus ut patet ad principium redit atq; reflecti
pbatio partis. tur: diffinitiones etiā finitæ ſunt oēs ac terminatæ. ¶ Præterea ſi ſæpius eadē conuerſio fit: idem ſæpius ītelligere oportebit. ¶ Præterea intellectio quieti magis & ſtatui: q̄ motui
pbatio partis. ſimilis eſſe uidetur. Eodem modo & ipſa etiā ratiocinatio.
pbatio partis. ¶ At qui neq; beatū idest: qđ nō eſt facile ſed uiolentum ut patet. Quod ſi motus non ſit ipſius ſubſtātia: ꝑter naturā ſane
pbatio partis. mouebit̄. ¶ Laborioſum eſt etiā cōiunctum eſſe cum corpore: neq; abſolui ab eo poſſe: & inſuꝑ maximopere fugiendum. Quippe cum melius ſit intellectui nō eſſe cū corpore: quēadmodum & dici ſolet & complures plane conſentiunt.
pbatio partis. ¶ Cauſa ꝑterea qua cælū conuertit̄: non uidet̄ ex dictis illis emergere. Neq;. n. aiæ ſubſtātia cauſa eſt cōuerſionis ſed per accidens hoc modo mouet̄: neq; etiā corpus: ſed aīa corpori potius cā eſt motionis. ¶ At uero neq; dr̄ ita melius eē: & tñ oportebat ideo deum aiam orbe uerſari facere. Quia melius eſt ipſi moueri q̄ ſtare: & hoc pacto moueri q̄ alio modo. Cauilla remouetur.
pbatio partis ¶ Verū enim cū huiuſcemodi cōſideratio magis aliis accomodet̄ ſermonib⁹: eā nunc omittamus. ¶ Illud autē abſurdū euenire uidetur tam huic ſententiæ q̄ etiā compluribus aliis quæ dicuntur de anima. Etenim coniungunt quidē animam cum corpore: ponuntq; ipſam in eo: & tamen nihil prorſus determinant: quā ob cām & quo modo ſeſe habēte corpore.
¶ Quod tñ neceſſariū eſſe uidet̄. Nam ob ꝓpinquitatē hoc quidē agit: illud patit̄ & hoc rurſus mouet̄. illud autē mouet. Quorum nihil ſane quibuſuis inter ſeſe competit.
¶ At illi dicere quidē quale quid ſit ipſa aīa enitunt̄: de ſuſceptiuo uero corpore nihil pœnitus dicunt atq; determinant: ꝑinde q̄ſi fieri poſſit ut quæuis aīa ſine ullo diſcrimine quoduis corpus ingrediat̄: ut pictagoricoꝝ fabulæ dicūt: aiantis enim cuiuſq; propriā ſpeciē hr̄e formāq; uidet̄: ꝑinde igitur dicunt atq; ſi qſpiā artē fabrilē fiſtulas ingredi dicat. Etenim ars quidē inſtrumētis. Anima uero corpore utatur oportet: Pythagoricorum fabule qualibet aiam in q̄libet corp⁹ igredi fingunt.

uidetur enim unumquodq; ꝓpriã habere ſpeciẽ & formã.

3ª.ↄ.Aĩa non eſt(vt antiq ſenſerũt)harmonia.

℄ Eſt aũt & alia quædã opinio de aĩa tradita probabilis quidem cõpluribus & nulla earũ ĩferior quæ de ipſa dicunt. Reprobata tñ & hiſce rõnibus: quæ in cõmunibus ſermonibus fiunt. Animam enim harmoniã quandã inquiunt eſſe: harmoniam nãq; temperationem eſſe compoſitionemq; contrariorum dicunt & corpus ex contrariis compoſitum eſſe.

℄ Verũ enim harmonia quidẽ ratio quædam eoꝝ eſt quæ ſunt permixta: uel etiã cõpoſitio. Anima aũt neutrum iſtoꝝ eſſe poteſt ut patet. ⁋ Præterea harmoniæ non eſt mouere: animæ autem id omnes maxime tribuunt. 1ª. pb 2ª. pb

℄ Accomodatius autẽ harmonia de ſanitatæ atq; omnino de uirtutibus corporis: q̃ de anima dici poteſt: atq; manifeſtiſſimũ id erit profecto: ſi quiſpiam operationes atq; affectus animæ in aliquam harmoniam reducere enitatur: accomodare nãq; perdifficile eſt. 3ª. pb

℄ Præterea in duo reſpicientes harmoniã dicere conſueuimus: & propriiſſimæ qdem eoꝝ magnitudinum cõpoſitionem quæ motũ habet poſitionẽue: cum adeo ſunt cõiunctæ ut nihil eiuſdem generis inter ſeſe ſuſcipere poſſint. Hinc autem & rerum rõnem mixtarum. At neutro profecto modo cõſentaneũ eſt rõni: harmoniã aĩam appellare: atq; partium corporis: cõpoſitio facilis eſt admodũ inqſitionis: cõplures nãq; cõpoſitiones ſunt ut patet & uariæ partiũ: cuius igitur aut quonam pacto: ĩtellectum autem etiam ſenſitiuum aut appetitiuum compoſitionem eſſe putare oportet. 4ª. pb

℄ Silr abſurdũ eſt ſane mixtionis quoq; rõnẽ aiam eẽ putare. Nõ. n. ælemẽtoꝝ mixtio rõnẽ habet eãdẽ in carne & oſſe cæteriſq; corporis ptib⁹. Fient igĩ ut cõplures hẽat aĩas per totũq; corpus: ſi ptes qdẽ uniuerſæ corporis & ælemẽtis cõſtẽt pmixtis: rõ uero mixtiõis harmonia ſit ut inqunt aĩaq;. 5ª. pb

Opĩo Empedoclis idẽ ferme ſentientis

℄ Id etiã qſpiam & ab Empedocle nõ iniuria patet. ⁋ Vnãquãq; nãq; partiũ aliq rõne dicit eſſe cõfectã. Vtrũ igĩ ipſa ratio ſit aĩa: an potius ſit aliquid aliud aĩa: & ipſis mẽbris adueniat. ⁋ Præterea utrũ cuiuſuis mixtionis ſine ullo diſcrimine cauſa ſit ipſa concordia: an eius quæ rõne conficitur. ⁋ Et hæc utrum ſit ipſa anima: an aliquid diuerſum a ratione.

1m. ĩnc... niẽs cõ... Empe...
2m. i ğn... Empe...
3m. i cõ... niẽs cõ... Empe.

¶ Hæc igiť tales dubitationes habere uidenť. ⁋ Verũ ſi aĩa diuerſum a mixtione ſit uti diximus: cur una cum rõne carnis & cæterarũ etiã aĩalium partiũ tollitur. ⁋ Inſup ſi nõ unaqueq; partium aĩam habeat: ſi nõ ſit anima ratio mixtionis: quid eſt quod decedente corrumpitur anima.

Opĩez Empedocli eſſe probabilẽ oñdit primo. ſcdo.

¶ Ex his igitur quæ dicta ſunt patet aĩam nec aĩam nec harmoniã eſſe poſſe: nec orbe uerſari: per accidẽs tñ ut diximus
io moueri poteſt & ſeipſam mouere: mouetur nãq; corpus in quo eſt: mouetur autem ut patet ab aĩa: alio uero modo fieri
io nequit ut ipſa moueatur motu ad locum accomodato.

Epilogus.

¶ At enim rectius de hac ipſa quiſpiã ad talia reſpiciens dubitabit: putabitq; ipſam moueri. Dolere nãq; dicimus aĩam
io gaudere confidere timere inſuper iraſci ſentire ratiocinari: quæ quidẽ omnia motus eſſe uidentur. Quapropter ipſam quiſpiam exiſtimabit moueri.

4. ʒ. nõ q2 animam gaudere. triſtari confidere. timere. mitteſcere. iraſci. ſentire & intelligere. dicẽ conſuetudine thꝛaxim⁹ aĩam idcirco oportet moueri.

ꝓbatio ¶ Verum id non neceſſarium eſt. Nam & ſi q̃ maxime dolere uel gaudere uel ratiocinari motus ſunt uel potius moue-
o ri: tamen ipſum moueri ab anima eſt: Iraſci nãq; aut timere eſt hoc modo moueri cor. Ratiocinari autem aut tale forſitan eſt: aut etiam aliud. Atq; quædam iſtorum fiunt: cum aliqua latione mouentur: quædam cum aliqua alterãtur. Quænam uero ſint illa & quo modo fiant: alia ratio eſt.

ꝓbatio ¶ Dicere autem animam iraſci uel timere ſimile atq; ſi quiſpiam animam texere dicat uel ædificare. Nam melius eſt fortaſſe dicere non animam: ſed hominem anima miſereri:
ꝓbatio uel diſcere uel ratiocinari. ⁋ Idq; non quia motus in illa ſit.
o ſed quia nonnunq̃ quidem uſq; ad illam: nonnunq̃ uero ab illa: ueluti ſenſus quidem ex hiſce: recordatio autem ab illa ad eos motus uel ſtatus qui ſint in ipſoꝝ ſenſuum iſtrumẽtis.

ꝓbatio ¶ Intellectus autem aduenire uidetur: & ſubſtantia quædam eſſe ac non corrumpi. Nam ab ea maxime quæ in ſenectute fit obfuſcatione corrumperetur. Nunc autem perinde fit atq; in ſenſuum inſtrumentis. Etenim ſi ſenex talẽ acceperit oculum uideret ſicut & iuuenis. Quare ſenectus nõ quia anima quicq̃ eſt paſſa: ſed quia id in quo eſt aliquid paſſum eſt: quemadmodum in ebrietatibus & in morbis fieri ſolet.

¶ Et ipſum igiť itelligere ac cõtẽplari marceſcit: quia aliud

quoddã ĩtus corrumpiť:ipm autẽ paſſione uacat:ratiocina=
ri uero & amare aut odiſſe nõ ſunt illius affectus:ſed huiuſce
qđ habet illud ea rõne qua illud habet. Quapropter & hoc
corrupto:nec recordať:nec amat:nõ.n.illi⁹ ſed ipſi⁹ cõis qđ
qdẽ periit. Intellect⁹ ãt diuinũ qd eſt fortaſſe:paſſioneq; ua
Epilogus — cat. ¶ Eſſe igiť ĩpoſſibile' moueri aĩam pſpicuũ iam ex dictis
euaſit:qđ ſi oĩno nõ motu cieť patet nec a ſeipã motu cieri.
5ª.ꝫ. Neq; aĩaꝫ nũm eſſe ſeipm mouẽtem recte a Xenocrate aſſertũ ſentiẽdum eſt. — ¶ At qui numerum aĩam eſſe dicere ſeipm motu cientem
multo longius q̃ ea quæ dicta ſunt a rõne diſtare uideť. Nã
iis qui id aſſerunt, ea primum ĩpoſſibilia quæ emergunt ex
motu:deinde ꝓpriã quædã ex eo quia dicunt ipſam nume=
rum eſſe eueniunt. ¶ Quo nãq; modo unitatẽ moueri ĩtel= 1ª.pba
ligere oportet:& a quo & quonã pacto. Cũ ĩpartibilis ſit &
nullã hẽat dĩfiã:ſi.n.motiua ſit atq; mobilis diuerſa eſſe oꝫ.
¶ Præterea cum lineã quidẽ motione ſupficiem facere di= 2ª.pba
cant:punctũ autẽ lineã:unitatum etiã motus erunt cõtinuo
linæ. Punctũ enim unitas eſt poſitionẽ hñs. atq; numerus
aĩæ iam alicubi eſt poſitionẽq; habet. ¶ Præterea ſi quis a nu 3ª.pba
mero numerum uel unitatem abſtulerit:alius relinquitur
numerus:atq; plantæ multaq; animalium uiuunt diuiſa; &
eandem animam ſpecie uidentur habere.
¶ At qui nihil referre uidebiť unitates dicanť an corpuſcu= 4ª.pba
la parua. Etenim ſi puncta fiant ex democriti pilulis:modo
maneat quãtitas erit in ipſis aliud quidẽ qđ mouet:aliud ãt
qđ moueť:ſicut in magnitudine:nõ enim quia magnitudi=
ne differunt aut paruitate id quod dictũ eſt accidit:ſed quia
ſubeunt quantitatẽ. Quocirca neceſſe eſt aliqd eſſe:qđ ipſas
unitates mouebit:qđ ſi id qđ in aĩali mouet aĩa eſt:& id qđ
in numero eſt aĩa mouet:quare aĩa non eſt id quod mouet
atq; mouetur:ſed id quod mouet duntaxat.
¶ At uero qui fieri põt:ut hæc unitas ſit:oportet enĩ ipſius 5ª.pbat
ad cæteras aliquã differẽtiã eſſe. At unici puncti quænã pter
poſitionẽ eſſe differentia põt:ſi igiť unitates punctaue quæ
ſunt in corpore diuerſa ſunt ab unitatibus aĩæ atq; punctis
erunt ipſæ unitates in eodẽ pfecto loco:punctũ.n.aĩæ locũ
occupabit corporis puncti atq; qd obſtabit ac phibebit:ut ſi
duo puncta ſunt ſimul in eodẽ loco & plura ſint duob⁹ ac in

finita: quorum enim locus indiuiſibilis eſt: & ipſa indiuiſibilia ſunt.

¶ Sunt uero ea puncta quæ ſint in corpore ſint ipſe numerus aīæ: uel ſi numerus q ex punctis cōſtat quæ ſunt in corpore ſit ipſa aīa: cur non oīa corpora aīam habent. nā in cunctis

pbatio puncta eſſe uidentur: & etiam īfinita. ¶ Inſuper qui fieri poteſt ut ſeparentur ac abſoluātur a corporibus ipſa puncta ſi quidem lineæ non diuiduutur in puncta.

¶ Fit aūt uti diximus ut partim idē ii dicant qđ illi: qui corpus quoddā ſubtiliū partiū aīam eſſe dixerūt: partim ꝓpriū ipſos comitet̄ abſurdum: corpus ab aīa pinde moueri pinde 6ª. ꝯ Aīa non eſt in corporea eo (quo exiſtimāt) modo: q ſit ex corporeo, & qdem ſubtiliſſimo qđ incorporeū appellent.

pbatio atq Democritus aſſerebat. ¶ Nam cum aīa ſit in oī corpore ſentiēte neceſſe eſt in eodē duo corpora eſſe. ſi aīa corpus aliqđ eē ponat̄: & horum ēt ſnīa: qui aīam numerum eſſe cenſent: fit ut uno puncto multa ſint pūcta: aut oēs hēant aīam: ſi nō numer⁹ qſq̄ ali⁹ atq diuerſus a pūctis ipſi⁹ corporis ſupueniat.

¶ Fit ēt ut aīal a numero pinde moueat̄: atq Democritum diximus idipſum moueri cenſere: quid enim intereſt paruæ pilæ dicantur: an unitates magnæ uel unitas omnino, quæ agitantur motu: utro nāq modo neceſſe eſt ipſas ex eo mouere animal: quia ipſæ motu cientur.

pbatio ¶ His igit̄ q motū ac numerum in aſſignāda aīa coniunxerūt hæc q̄ dicta ſunt abſurda & alia huiuſcemodi multa eueniūt. Eſt enim īpoſſibile nō ſolū diffinitionē aīæ talem eē: ſed etiā accidēs. Quod quidē patet: ſi qs ex hac rōne opationes atq affectus animæ conabitur aſſignare: cognitiones inquā ſenſus uoluptates dolores & cætera iſtiuſmodi: nam ut prius diximus: neq uaticinari ex ipſis facile poſſumus.

¶ Tribus aūt traditis modis qbus antiqui diffiniunt aīam: duos iam reprobauimus & quas habet utraq ſnīa dubitationes cōtrarietateſq pœne diximus: & ea inquā quæ maxime motiuū ipſam eſſe ex eo ponit, qa ſeipſam mouet. Et ea quæ corpus ipſam ſubtiliſſimarum partiū: aut magis q̄ cætera īcorporeū eē cenſet. ¶ Reſtat igit̄ terti⁹ modus atq ſnīa q̄ ipſam aſſerit ex ælemētis: conſtare: quā qdē deinceps cōſideremus oportet: atq patet ob hoc ex ælemētis aīam cōſtare quoſdā dixiſſe: ut ſentiat ea quæ ſunt: & rerum unāquāq cognoſcat. Continuat ſe ad ſequentia. 7ª. ꝯ Non eſt opus animā ex elementis conſtare: quo ſimilibus ſimilia cognoſcat.

pbatio ¶ At hanc ſnīam multa ꝑfecto comitant̄ abſurda: atq eorum

q̄plura quæ fieri nequeunt. Aſſerūt enim ſimili cognoſcere ſimile: quaſi aĩas res ipſas eſſe potentes. ⁋ Verū nō ælemēta ſunt ſolū ut patet: ſed p̄ter ea multa ſunt etiā alia quin potius infinita fortaſſe numero: quæ cōſtant ex ipſis ac cōponunt. 2ª. pb

℃ Sit igit̃ ea cognoſcere ſentireq; aĩam. Ex q̄bus illoꝝ unūquodq; cōponitur. At totū ipſum cōpoſitū quo cognoſcet quæſo uel ſentiet ut q̄d ſit deus uel hō uel os uel caro & cæterorū cōpoſitoꝝ unūquodq; ſil'r. Nō enim unūquodq; iſtoꝝ eſt ipſa ælementa: quouis ſeſe hn̄tia modo ſine ullo diſcrimine: ſed ex ipſis unūquodq; cōficitur rōne quadā cōpoſitioneue. Queadmodū & Empedocles os ex ælemētis conſtare cenſet. Dicit enī cœperat ante duas tellus iuſtiſſima uaſis. Aeris ac fontis partes uulcanus & ipſe. Quatuor ex octo adiunxit quis candida magna: uis fœcundaq; naturæ confecerat oſſa. Nil igit̃ ælementa proſunt: ſi ſint in aĩa, niſi rōnes etiā inſint & cōpoſitio: unūquodq; enim cognoſcet ſimili: os autē aut hominē nō cognoſcet profecto: niſi ipſa etiā inſint: Hoc aūt nō opus eſt unum eoꝝ eſſe dicere quæ fieri nequeunt. Quis enim ambiget unq̄ ſi lapis uel homo uel equus inſit in aĩa & bonū ſimiliter & non bonū: & de cæteris identidem rebus.

Diſtinctio entis i decem predicamenta.

℃ Præterea cū id q̄d eſt multipl'r dici ſoleat: quoddā enim ſubſtantiā; q̄ddā quātitatē: aut qualitatē: aut aliq̄d aliud enumeratorū iā p̄dicamētoꝝ ſignificāt: utrū ex uniuerſis an nō ex uniuerſis aĩa cōſtet: at nō uidet̃ cōia oĩum eē ælemēta: ex hiſce ne igit̃ ſolis cōſtat q̄ ſubſtātiarū ſunt ælemēta at quonā pacto cæterorū ēt unūquodq; cognoſcit. At dicent uniuſcuiuſq; generis ælemēta p̄pria atq; principia eē: ex q̄b⁹ aĩa cōſtat: erit igit̃ ipſa & quātitas & q̄litas: & ſubiecta: at fieri neq̄t: ut ex quātitatis ælemētis ſb̄a ſit n̄ quātitas eos igit̃ q̄ cēſet aĩam ex uniuerſis cōſtare: hæc & huiuſcemodi alia comitāt̃. 3ª pba

